



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectae

Sandini, Antonio

Bambergae, 1753

XLVI. Sixtus III. Anno Christi 432. Theodosii II. 25. Valentiniani III. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

fuerunt Flavianus, & Diodorus S. Athanasio aequales. Ipsi namque primi (in scribit Theodoretus Episcopus Cyri apud Hist. Tripart. lib. 5. cap. 32.) in duas partes chorum psallentium dividentes ex successione Davidicam melodiam cantare docuerunt: & hoc in Antiochia primitus fieri cœpit; & dispersum ad terminos totius Orbis usque pervenit.

Walafridus Strabo de rebus Ecclesiasticis cap. 22 *Antiphonas ad introitum dicere, Calestinus Papa XLV. instituit, si-
c ut legitur in gestis Pontificum Romano-
rum, cum ad ejus usque tempora ante
Sacrificium lectio una Apostoli canum,
& Evangelium legeretur.*

XLVI.

S. SIXTUS III.

ANNO CHRISTI 432.

THEODOSII II. 25. VALEN-
TINIANI III. 8.

SIXTUS III. Sixti filius, Presbyter Romanus, & acerrimus Pelagianorum adversarius. Zosimo enim regnante, omnium primum anathema eis in populo frequentissimo pronunciasse, scribit D. Augustinus epist. 194. Anno 432. VI. Kal. Majas Romana Ecclesia Sandini Vitæ Pontif. N præ.

Bar. an. 432. §.
38. Pag.
§. 6.
Bar. an. 418. §.
18. alia
105

præficitur totius Urbis pace & consensione
 mirabili. (1) Statim omnia Concilii
 Lab. Ephesini gesta confirmavit, atque ad
 tom. 3. ipsum Nestorium, & ad Orientis Episco-
 Conc. pos aduersum errorem ejus succidendum
 pag. sententias direxit; (2) ut manifestum
 1129. Bar. an. sit, mentitos esse Nestorianos, qui
 433. 9. dixerunt, illum ægrè tulisse Nestorii
 12. 17. damnationem. Pelagianis quoque in
 eodem Concilio Ephesino damnatis
 eum fortiter restitisse, credibile est.
 Ita certè futurum speravit S. Prosper
 scribens contra Collatorem Joannem
 Pag. 365. Cattianum cap. 21. Nam confidimus,
 inquit, Domini protectione prestandum
 ut, quod operatus est in Innocentio, Zo-
 simo, Bonifacio, Cœlestino, operetur in
 Sixto: & in custodia Domini gregis
 hac sit pars gloriae huic reservata pastori,
 ut sicut illi lupos abegere manifestos; ita
 pag. 747. hic depellat occultos. Idem S. Prosper
 in Chronico ad an. 439. Sixti po-
 stremum, tradit, eum inclaruisse vi-
 gilantiâ adversus Julianum Episco-
 sum Eclanensem, iustissimum Pela-
 giani erroris assertorem. Hic, quem
 dudum amissi Episcopatus intemperans
 cupidus agitabat, multimoda arte fallendi
 correctionis spem præferens, molitus est

in communionem Ecclesiae irrepere. Sed his insidiis Sixtus Diaconi Leonis hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum per seferis conatibus patere permisit: & ita omnes de rejectione fallacis bestie gaudere fecit, quasi tunc primum superbissimam heresim Apostolicus gladius deiruncasset. Gaudio haud minore Sixtus ipse perfusus est, cum didicit, pacem conciliatam inter Cyrillum Alexandrinum, & Joannem Antiochenum, ac tandem hunc consensisse, & Nestorium jure fuisse damnatum, & Maximianum in locum damnati jure suffectum. A qua pace exclusi Helladius Tarsensis, & Eutherius Thyanensis Metropolitæ, ad Sextum appellârunt. (3) Qui administrato Pontificatu per annos septem, menses unde cim, & dies duos, anno 440. V. Kal. April. decepsit, Pelagiana heresis inde. fessus & validus oppugnator. (4)

Bar. an.

440. §.6.

V. Kal. 11. Pag.

¶. 2.

ANNOTATIONES.

(1) S. Prosper in Chronico pag. 744.

(2) Gennadius De Scriptor. Eccl. cap. 54. inter Opera D. Hieronymi tom. 2. pag. 973. edit. Veronensis.

(3) Hujus appellationis historiam, & historiæ firmas probationes affert Pagius uter-

N 2 que,

que, alter ad an. 433. §. 10. alter in vita Sixti III. Quibus in locis docent, valde hallucinatos esse, qui existimârunt, Orientis Episcopos olim nunquam ad Pontifices Romanos, semper autem ad generale totius Orbis Concilium provocâsse.

(4) S. Leo in Serm. 82. cap. 3. ponit hoc Sixti III. elogium: *Magnificus quidem structor parietum, sed magnificentior adicator animarum, ultra aevi sui terminos opera pietatis extendens, ut utilitatibus institutionum ejus etiam in ipso frueretur devota posteritas, & habitando quod condidit, & faciendo quod docuit.*

XLVII.

S.LEOI.MAGNUS. ANNO CHRISTI. 440. THEODOSII II. 33. VALEN- TINIANI III. 16.

Bar. an. 440. §. 1.2.Pag. *D*efuncto Sixto, quadraginta amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atque patientia praesentiam Diaconi Leonis exspectans, quem tunc inter Aetium & Albinum amicitias redintegrantem Gallia detinebant. Quasi ideo longius esset abductus, ut electi meritum, & eligentium iudicium probaretur. Igitur Leo